

Alles zusammengenommen, ist mir die hybride Natur des Strauches (als *Ph. coronarius* × *latifolius*) noch zweifelhaft und scheint mir doch die grössere Wahrscheinlichkeit einer sehr interessanten spontanen Abänderung eines Nachkömmlings von *Ph. coronarius* vorzuliegen, obzwar Prof. KOEHNE nach seinen Erfahrungen in der Gattung dagegen sich ausgesprochen hat. Da nun das Kind doch einen Namen haben muss, benenne ich, mit Rücksicht auf den gänzlichen Verlust des männlichen Geschlechts, die neue Form vorläufig *Ph. coronarius* f. *vidua*.

In Fig. 11 und 12 habe ich noch ein paar seltene Abänderungen im Kelche des *Ph. coronarius* dargestellt. In Fig. 11 ist der Kelch 3blättrig, in Fig. 12 ebenfalls, aber ein Kelchblatt ist merklich breiter als die zwei anderen und an der Spitze zweispaltig. Es entspricht also zwei vereinigten Kelchblättern, ist ein wirkliches Doppelblatt, und dieser Kelch bildet also den Uebergang von der vierblättrigen zur seltenen dreiblättrigen Form. Der Fruchtknoten (eigentlich junge Frucht) war aber in beiden Fällen vierfächerig.

Noch möge bemerkt sein, dass die in den Büchern (auch in EICHLER'S Diagrammen) stehende Angabe, der Fruchtknoten von *Ph. coronarius* sei unterständig (KOEHNEN nennt ihn bei der Gattung *Philadelphus* unterständig oder fast unterständig), nicht zutrifft; er ist nur halb oder wenig mehr unterständig (Fig. 10).

57. W. Schmidle: Vier neue von Professor Lagerheim in Ecuador gesammelte Baumalgen.

(Vorläufige Mittheilung.)

Eingegangen am 21. October 1897.

I. *Cephaleuros Lagerheimii* Schmidle n. sp.

Fila thalli soluta, non in discum concreta, in speciminibus siccatis canescentia, ramosissima, ramis tum dichotomis et longis, tum oppositis et brevibus, tum sine ullo ordine egredientibus. Fila primaria plerumque e centro radiantia maculas magnas, rotundas, margine profunde sed subtiliter fimbriatas formantia. In speciminibus bene evolutis fila mediā in maculatā dense sibi apposita et supposita quasi discum formantia ad extremam maculam magis magisque soluta, in postremā singula ramosa, in speciminibus minus evolutis semper soluta et irregulariter explanata. Rhizoides rari et parce evoluti. Cellulae filorum reptantium plerumque 8—6 μ , rarius 12—16 μ latae, longitudine variae, fere

semper 6—10^{ies} latitudine longiores, raro oblongae, plerumque irregulares, membrana achroa. Sporangia filorum reptantium rarissima, filis assidentia vel insidentia, non terminalia, membranā vix incrassatā, 24 μ et longa et lata. Pili erecti breves, tum terminales, cum ex tergo tumoris globosi et lateribus filorum reptantium assidentis orti, novelli nunquam, adulti interdum dissepimento a tumore sejuncti. Fila sporangifera erecta terminalia aut interdum ex ipso tergo filorum reptantium orta, tantum ca. 200 μ longa, inferne membranā plerumque brunneā, induta, 16—22 μ lata, capitata, sporangia majora gerentia.

Aequatoria, in cratere vulcani Pululahua et ad Pallatanga foliis Rubiaceae insidens.

Obs.! Haec species insignis est tum insertione laterali filorum sporangiferorum et pilorum cum tumore pilorum bulboso basali laterique filorum reptantium assidenti. Qui tumor videtur esse rudimentum eorum lateralium ramorum brevium, qui eidem plerumque piliferi in hac specie inveniuntur. Itaque haec planta genus *Cephaleuri* cum *Heterothalli* conjungere videtur, tamen eam propius ad genus *Cephaleuri* accedere puto, praecipue ad *Cephaleurum solutum* Karsten, a quo et ramificatione et rebus supra dictis facile distinguenda est.

Specimina filis solutis atque irregulariter expansis aliquantum *Trentepohliae prostratae* de Wildemann (Notarisia 1896, p. 89) similia esse videntur, quamquam diagnosim a cl. DE WILDEMANN datam breviorē atque minus perfectam puto, ut aliquid certi dici possit. Attamen, cum diagnosis respondeat quibusdam formis evolventis *Phycopeltidis polymorphae* nob. (= *Hansg. polymorpha* Schmidle in Hedwigia 1897, p. 279) velut figurae 7, tab. VII, l. c., verisimile puto *Tr. prostratam* (a. cl. DE WILDEMANN postea in speciebus incertis positam) eandem esse atque *Phycopeltidem polymorpham*. Quare plantam nostram aptius *Phycopeltidem (Hansgirgiam) prostratam* (de Wild.) nob. nominandam esse puto¹⁾.

II. *Cephaleuros Karstenii* Schmidle.

a) Discus lacunas non praebens, plerumque rotundus, diametro 1—1¹/₂ cm latus, siccitate canescens, limitatus monostromaticus, plerumque profunde lobatus, inter folii epidermidem et cuticulam habitans, rhizoidibus fere plane destitutus. Disci cellulae in fila dichotoma et e centro radiantia ordinatae, oblongae, saepe curvatae, in disci margine plerumque forma valde irregulari 8—10 μ latae, semper longissimae (7—10^{ies} latitudine longiores) membranā achroā et in speciminibus exsiccatis parco plasmate viridi impletae. Sporangia filorum reptantium (Kugelsporangien a cl. Karsten vocata) terminalia, 40—60 μ longa,

1) Während der Drucklegung erhielt ich eine Karte DE WILDEMANN'S, worin er dieselbe Ansicht ausspricht.

20—40 μ lata, membranā crassā, tum in disco ipso sita et formā ellipticā, tum et quidem plerumque disci filis plus minus tecta et formā irregulari, utriculo dorsali brevi postremo apice aperto discum et cuticulam perforanti ornata. Pili erecti (a cl. WOOD „barren hairs“ vocati) rarissimi aut nulli. Fila sporangifera („fertil hairs“) erecta, brevissima, saepe tantum 1—4-cellularia, inferne 12 μ , superne 8 μ lata, 20—200 μ longa, cellula apicali minus tumida paucaque sporangia laevia, ca. 16 μ lata cellulis reduncis suffulta gerenti.

Aequatoriae, ad El Salado apud Guayaquil, foliis fruticis indeterminati insidens.

b) Specimina praecipue majore pilorum crebritate rhizoidibusque magis evolutis diversa; sporangiis florum reptantium non visis. Aequatoriae, ad El Salado apud Guayaquil foliis arboris indeterminati insidens.

Obs! Cuticulā et folii et algae evidenter eodem modo striatā neque probari videtur quod cl. Karsten (Untersuchungen über die Familie der Chroolepideen, Journ. d. Buitenzorg, Vol. X, S. 26) dicit cuticulam ab alga formari, et doceri algam inter epidermidem et folii cuticulam striatam vivere.

III. *Cephaleuros pulvinatus* Schmidle.

Planta pulvinulos formans disciformes, planos, rotundos, pluristromaticos, ad 1 $\frac{1}{2}$ cm. diametro magnos, ad 100 μ crassos, limitatos, in speciminibus exsiccatis viridissimos, inter folii cuticulam et epidermidem habitantes, filis e centro radiantibus dichotomis in pulvinuli superficie arcte concretis inferne solutis compositos, obliquos rhizoides demittentes. Rhizoides texturam densam et crassam, in speciminibus novellis jam bene evolutam formantes, longissimi, repetito-dichotomi, chlorophyllosi, cellulis longioribus et tenuioribus quam disci compositi, in folium quamvis aegritudine in inferiore area rubescens non penetrantes. Cellulae florum disci oblongae, raro irregulares, 10—12 μ latae, 2—3^{ies} latitudine longiores membranā achroā chlorophyllo abundantes. Sporangia florum reptantium 40—42 μ longa, 28—36 μ lata, terminalia, plerumque elliptica. Pili erecti rarissimi, sursum vix angustati plerumque ad florum sporangiferorum basim aggregati, praecipue in sectionibus transversis visibiles. Fila sporangifera erecta, 200—400 μ longa, inferne 20—24 μ , superne 12 μ lata, interdum pseudodichotoma, maximam cellulam capitatam et multa sporangia in anteriore parte subspera gerentia.

Aequatoriae, in Valle de Chillo apud Quito foliis *Perseae gratissimae* insidens.

Obs! Hanc speciem quamvis *Cephaleuro mycoideo* propinquam tamen ab eo secernendam esse puto non solum rhizoidibus uberrime evolutis, thalloque pulvinate et valde (in siccitate) chlorophylloso

(quantum non in *Cephaleuro mycoideo* perspicui potest), sed etiam quia nostra species in collectione a cl. LAGERHEIMIO comportata e duobus diversis locis et diversarum arborum foliis insidens tamen in omnibus speciminibus eodem habitu aderat (Aequatoria, ad Guapolo apud Quito foliis *Ingae pachycarpae* insidens).

IV. *Cephaleuros candelabrum* Lagerheim et Schmidle.

Disci parvi, 100—200 μ diametro magni, rotundi, limitati, rhizoidibus destituti, inferiori areae folii arcte appressi, in mediis discis ut videtur in folii texturam immissi. Cellulae et in tota disci area inferiore excepta parte ipsa media et in margine superioris in materia hyalina subcrassa nidulantes, arcte appositae, e centro radiantes (filis dichotomis radiantibus non distinguendis), ca. 4—6 μ latae, in disci margine $1\frac{1}{2}$ —3 ies diametro longiores et in speciminibus exsiccatis plasmate rubiginoso impletae, introrsum breviores et minus coloratae, fere subito isodiametricae. Crassitudine disci in partibus mediis pari atque ad marginem (ca. 20 μ) aut majore cellulae mediae in sectione transversa in disci planitie perpendiculariter positae, sursum crescentes et supra ipsum discum formantes corpus solidum, ca. 150 μ crassum, compositum in sectione transversa filis arcte implexis, in medio perpendiculariter, ad marginem oblique adscendentibus, ca. 4 μ crassis, fere subito dilatatis et transeuntibus in cellulas polygonas, irregulariter positas, arcte accumbentes, 12—20 μ latas membranam crassam achroam. Quibus e cellulis tum sporangia polygonae orta, usque ad 30 μ lata, membranam crassam induta (sporangii disci aliorum specierum ut videtur homologa), tum fila sporangifera orta longissima, repetito-dichotoma (aut pseudo-dichotoma? ramis plerumque et, ut videtur, semper ramificatione laterali ex apice cellulae suffultoriae egredientibus), ca. 8 μ crassa sursum vix angustata, e cellulis longissimis composita, (68—80 μ) parce chlorophyllosa, plerumque e latere corporis supra dicti raro ex apice exeuntia, flaccida et ideo undique in folii area explantata, ut maculae parvae rotundae miniatas in speciminibus vegetis, albidas in exsiccatis in inferiore folii area formentur. Cellulae florum sporangiferorum terminales capitatae, sporangiis suffultis abundantes, plerumque proliferae, saepe ramos plures iterum iterumque capitatos et fructiferos emittentes. Sporangia magna, in anteriore membranae parte evidenter asperae.

Aequatoria, ad Puente de Chimbo foliis Sapindaceae indeterminatae insidens.

Obs.! In omnibus discis sectione transversa examinatis materia hyalina commemorata discum pro parte induens in medio inferioris areae disci deleta est itemque supposita folii textura. Haec tam singularis planta inter *Cephaleurum* et *Phycopeltidem* videtur ponenda esse.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Berichte der Deutschen Botanischen Gesellschaft](#)

Jahr/Year: 1897

Band/Volume: [15](#)

Autor(en)/Author(s): Schmidle Wilhelm

Artikel/Article: [Vier neue von Professor Lagerheim in Ecuador gesammelte Baumalgen. 456-459](#)